Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

mea sicut cinerium aruerunt. Pe
cus sus sum ut fenum et aruit cor meum: quia
oblitus sum comedere panem meum. A voce
gemitus mei adhesit os meum carni
mee. Similis factus sum pellicano soli
tudinis factus sum sicut nocticorax in
domicilio. Vigilaui et factus sum sicut
passer solitarius in tecto. Tota die ex
probrabant michi inimici mei: et qui lauda
bant aduersum me iurabant. Quia ci
neres tamquam panem manducabam:
et poculum meum cum fletu miscebam.
A facie ire indignationis tue: quia eleuans
allisisti me. Dies mei sicut umbra de
clinauerunt: et ego sicut fenum aridum.
Tu autem domine in eternum permanes:
et memoriale tuum in generacione et
generatione. Tu exurgens misereberis
syon: quia tempus miserendi eius quia